Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tunc sedebit super sedem magestatis suae. Tunc congregabuntur ante
eum omnes gentes. Et cetera usq: ad illud. ubi ait. Et ibunt hi in sup
plicium aeternum iusti autem in uitam aeternam. Hoc enim nullus
ambigit de xpi aduentu nouissimo et de fine sclī fuisse praedictum.
Nam et illas quinq; et quinq: uirgines non defuerunt. Qui non con
temptabili disputatione docere uoluerint. Adhunc eius aduentū
qui nunc fit per ecclesiam pertinere. sed hec non sunt temere pollicenda.
Ne aliquid occurrat quod ualide contradicat. Praesertim quia in
talib: diuinorum eloquiorum obscuritatib: quib: nrās intellegen
tias dō placuit exercere. Non solum alius alio mouetur acutius eorū
qui scripturas scās non improbabiliter tractant. sed etiam quilibet
unus illorū. Aliquando minus. aliquando melius intellegit. Nes
cio tamen utrum in tueri aliquid certius in hac questione possemus si
ulla ratione seu facultate possemus quam illud quod in epistola priore
iam posui. quando euangelio mundū uniuersus impleatur. Quod enī
putat uenerabilitas tua iam hoc per ipsos apostolos factum. Non ita ee.
certis documentis probaui. sunt enim apud nos. hoc est in africa barba
rae innumerabiles gentes. In quib: nondum ee. praedicatū euange
lium. Ex his quidē cuntur in de captiui et romanorum seruitiis iam
miscentur cotidie nobis addiscere in promtu ē. Paucitamen annis.
ex quo quidam eorum rarissimi atq: paucissimi. Qui pacati romanis
finib: adherent kauthabeant reges suos. sed super eos perfecti a ro
mano constituantur imperio. Et illi ipsi eorum pfecti xpiani. ee.
coeperunt interiores autem qui sub nulla sunt potestate romana.
Prorsus nec religion xpiana in suorum aliquib: detinentur. Neque
ullo modo recte dici potest istos ad pmissionem dī non pertinere. Non enim
romanos sed omnes gentes dns semini abrahae media quoq: iuratione
pmisit. ex qua pmissione iam factum ē. ut non nulla e gentes quae non
tenentur dicione romana reciperent euangelium et adiungerentur
ecclesiae. quae fructificat et crescit in uniuerso mundo. Adhuc